



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De divisionibus temporum, liber

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

BEDÆ PRESBYTERI  
DE DIVISIONIBVS  
TEMPORVM  
Liber.

**D**IVISIONES temporis quot sunt? MAGISTER, Quatuordecim. DISCIPULUS, Quæ MAGIST. Atomus, momentum, minutum, punctus, hora, quadrans, dies, hebdomada, mensis viciſſitudo, triformis, annus, cyclus, ætas, faculum, mundus. Hæ itaque divisiones temporis quatuordecim, in Solis ascensu & in descensu, & in Luna crescente & decrescente inveniuntur: & sic crescentis de minoribus numeri ad majora: hoc est, ab atomis in momentum: à momento in minutum: à minuto in punctum, à puncto in horam: à hora in quadrante: à quadrante in diem: à die in hebdomadam: ab hebdomada in mensem: à mensa in tempus: à tempore in annum: ab anno in cyclum: à cyclo in æratem: ab ærate in sèculum: à sèculo in mundum: deinde plenitudo dicitur mundus. Has autem quatuordecim divisiones temporis Isidorus in libro Etymologiarum quinto, & decimo tertio ostendit, dicens: Tempora dicta sunt, eo quod dividuntur atomis, momentis, minutis, punctis, horis, diebus, quadrantibus, hebdomadibus, mensibus, temporibus, annis, lustris, ætatis, sèculis, omnibus mortali in mundo ut & curricula temperentur. D. Quomodo crescent majores numeri de minoribus? M. Sic crescent. Quingenti sexaginta quatuor atomi unum momentum efficiunt. Quatuor momenta unum minutum faciunt. Decem minuta unum punctum. Quinque puncti in Luna horam faciunt. Sex hora quadrante compleant. Quatuor quadrantes unum diem completere videntur. Septem dies hebdomadam faciunt. Quatuor septimanæ unum mensem faciunt, (sed taler mensem qui habet dies viginti octo, sicut est Februarius, illi autem quatuor menses, qui triginta dies habent, sicut Aprilis, Iunius, September, November, quatuor hebdomadas habent, & duos dies, illi verò alij septem menses, id est, Januarius, Marius, Maius, Julius, Augustus, Octover & December, qui triginta & unum diem habent, quatuor hebdomadas habere videntur, & tres dies, & sic duodecim menses in anno colliguntur. Quinquaginta duæ hebdomadas & unus dies: quando autem Biflexus tempus quovis anno fuerit, tunc habet annus duas & quinquaginta hebdomadas, & duos dies.) Tres autem menses unum tempus efficiunt: quod tempus, viciſſitudo triformis dicitur, quia tres menses unum quodquod tempus habet de quatuor temporibus anni, quæ dicuntur ver, ætas, autumnus, hyems. hæc quatuor tempora unum annum efficiunt. Quatuor anni, biflexilem cyclum faciunt: quia post quatuor annos peractos, bissexiliis dies interveniunt. Item quindecim anni, cyclum Indicationum compleant: & novemdecim anni cyclum Lunarem implere videntur. Äquali numero annorum per decem & novem annos cyclus epactarum, qui in principio anni apud Romanos, hoc est, in calendis Januarii ponitur, discutrit. Äquali ratione & alijs cyclos epactarum in principio anni apud Hebreos & Græcos, hoc est in undecimo calendis Aprilis, per decem & novem annos discutrit. Cyclos verò solaris, viginti octo anni cursus (cum finire perhibetur. Cyclos magnus, in quo concordia inter Solem & Lunam, usque dum in se revertantur post quingentos & trigintaduos annos, tertio anno incipiente, in se revertitur. Tunc est vera concordia inter Solem & Lunam, quando ad eundem diem mensis secundum Solem, & ad illum diem septimanæ, ad easdem epactas unde primum ceperit, in unum diem secundum rationem bissexiliis & falso conveniunt. Has autem quatuordecim divisiones temporis, quas diximus, transcurrendo, investigare diligenter debemus: primum interrogandum de prima divisione temporis, quam diximus, de atomo.

## De Atomis.

**A** Tomus ergo quid est? cuius lingua est? aut quomodo disponitur, vel definitur? aut si simplex nomen est, aut compositum? M. Atomus, Gracum nomen est, & compositum: & interpretatur indivisibilis, aut inscindibilis. Et quos enim apud Gracos, praepositio interpretatur: t orus autem divisus vel divisibilis. D. Atomus, quomodo diffinitur? M. Isidorus diffinitivit, dicens: atomos philosophi dicunt quasdam in mundo partes minutissimas, ut visu facile non patant, nec sectionem recipiant: hic illucque feruntur, sicut tenuissimi pulveres, qui infusi per seniles radijs Solis fugantur. D. Quot sunt genera atomorum? M. Quinque. D. Quæ? M. Atomus in corpore, atomus in Sole, atomus in oratione, atomus in numero, atomus in tempore. D. Atomus, in corpore quomodo est? M. Quicquid minimum in corporibus, quod secari aut dividiri non potest, atomus dicitur, veluti sunt minutissima grana arenarum: ut capillus dixit, Finde me nulli possunt, præcide multi. Est enim pilus in corpore, qui per longum vix dividiri potest. Atomus in Sole, illi tenuissimi pulveres, quos diximus radijs Solis fugari. Atomus in oratione, ut est litera. Dividis enim partem orationis quamlibet in syllabas, syllabas dividis in literam. Literam dividere non potes. Inde Sergius Gracus dicit: Omnis oratio solvitur in verba, verba denudò sol vuntur in syllabas, syllabæ solvuntur rursus in literas: sola litera non habet, in quo solvatur. Ideò à Philosophis atomus dicitur. DISCIPULUS, Quomodo est atomus in numero? MAGISTER, Sic autem est: Octo dividis in bis quaternos, quatuor dividis in bis binos, duos dividis in bis, unus est: unum dividere non potes, propter hoc, atomus dicitur in numero. DISCIPULUS, Quomodo est atomus in tempore? MAGISTER, Sic est: Momentum dividis in duodecim partes, unamquamque partem de duodecim partibus momenti dividis in quadraginta septem partes, quadraginta septima pars, quingentesima sexagesima quarta pars momenti. Sic est atomus in tempore: Si autem è colligimus simil quadraginta septem duodecies, inuenies quingentos sexaginta quatuor atomos. Et tantus numerus atomorum facit unum momentum.

## De Momento.

**M**omentum quid est, & quomodo diffinitur secundum sonum, hoc est secundum superficiem & secundum sensum, vel secundum substantiam, quæ intus latet in sono? MAG. Sic diffinitur momentum secundum sonum: Isidorus dicit: Momentum enim est minutum atque angustissimum tempus, à motu siderum dictum, hoc est à motu Solis & Luna. Eftenim extremitas hora in brevibus intervallis, quem sol sibi aliquid cedit arque succedit. DISCIPULUS, Quot sunt genera momenti? MAG. Quatuor. DISCIPULUS, Quæ? MAGISTER. Momentum indivisibile, ut Isaías dicit: Cui reputat sunt Genes, quasi momenti in latera. DISCIPULUS, Quomodo agnoscerit momentum? MAG. Augustinus dicit: Num momentum est certissimus lectus Solis in celo, & per quadraginta vices jam hora est. Secundum momentum est, quando jacis lapidem in aquam, usque aqua cellat demotu, vel lignum quod cadit, usque cessant rami eius de motu. Tertiū momentum est indivisibile, ut Paulus dicit: Omnia facta sunt in momento, id est, in summa celeritate. Quartum momentum est, 'quamdiu palpebra requiescent. Quatuor momenta unum minutum faciunt.

## De Minuto.

**M**inutum unde dictum est? MAGISTER, Isidorus dicit: Minutus dictu à minuendo quia duo momenta & duæ partes tertij momenti minuuntur de tenebris in unoquoque die, ab undecimo calendarum Aprilis, usque in duodecimum calendarum Julij. DISCIPULUS,

Minu-

Minutum quomodo diffinitur? MAGISTER, Isidorus diffinitur dicens: Minutum dicitur velut minus momentum, quia minus numerat, sed maius implet. Duo minuta & diuidimur, hoc est decem momenta unum punctum faciunt.

## De Punctis.

Punctus unde dictus est? MAGISTER, Isidorus ostendit, quum dixit: Punctus a pungendo dictus est, eo quod quibusdam punctuationibus certa designationis in horologis designantur. Punctus, etsopus illorum qui horologium faciunt. Nam in fine undecim & linea punctum ponent. Punctum Graecæ, Latini medium, quia in medio mundi est Hierusalem, ubi horologium primitus factum est cuius punctis. Punctus autem tres partes habet. Quatuor puncti sunt quadraginta momenta, & unam horam faciunt.

## De Hora.

Hora, à quo nomen accepit? MAGISTER, Hora, de hora, id est Sole nomen traxit. DISCIPULUS, Hora, cuius lingua est & quomodo diffinitur? MAGISTER, Hora Graecum nomen est, & interpretatur finis vel tempus. Discipulus, Horologium quid est? MAGISTER, Hora, finis vel tempus, locus, series vel umbra interpretatur. Inde horologium, umbra vel series, finiumque temporum, quia in horologio, tempora per umbras mensurantur. Discipulus, Quis primus inventivit horologium? MAGISTER, Achaz rex Iuda. Quidam enim horologium apud adam Quirini primum statutum dicunt Oras maris & fluviorum & vestimentorum dicimus, id est, extremitates sive terminos. Hora autem, finis temporis est. Discipulus, Quomodo discernitur in orthographia inter oras maris & fluviorum & vestimentorum, & inter horas temporis? MAGISTER, Oras maris & fluviorum & vestimentorum quando dicimus, finis aspiratione profertur: hora autem, hoc est finis temporis, cum aspiratione. Sex horas, unum quadrante faciunt.

## De Quadrante.

Quadrans quid est, & quomodo vocatur, vel quomodo diffinitur apud Hebraeos, Graecos & Latinos? MAGISTER, Sic diffinitur. Quadrans dicitur à quarta parte uncia, qui alio nomine dicitur scilicet, id est, sex scrupuli, quem Hebrei quadrantem, Græci vero dodrantem, Latini quadrantem vocant. Dicitur etiam & quadrans major, qui habet tres uncias, hoc est quarta pars assis, assis enim duodecim uncias habet, sic etiam & quadrans in tempore sex horarum, quarta pars est diei naturalis, quia quatuor quadrantes unum diem perficiunt, qui dies habet horas vigintiquatuor.

## De Die.

Dies unde nomen accepit? MAGISTER, A divisione, eo quod dividat lucem à tenebris. Sive dies dicti sunt à diis, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt. Item dies dicitur, eo quod lucem & tenebras diffingat, ac dividat, & appellativè dicitur dux operum & absentia tenebrarum. Ema in Hebreos, hemera in Graeco, dies in Latino, DISCIPULUS, Quid primitus fuit dies aut nox? MAGISTER, Dies utiq; quia primo die condidit Deus lucem, ut Isidorus ait, & Augustinus confirmat. Discipulus, Si nox ante diem aut post diem? MAGISTER, Diei adscibitur, ut Hieronymus revelavit. Nox est enim initium dei, non finis præteriti, quia ante crucem Christi dies præcedebat noctem, nunc autem post Resurrectionem Domini nox præcedit diem, DISCIPULUS, Quot sunt januae diei? MAGISTER, Quatuor. Apud Chaldaeos ab ortu Solis usque ad occulum Solis. Apud Aegyptios ab occasu Solis usque ad occasum Solis. Apud Hebreos ab hora sexta usq; ad horam sextam, quia noctem non computabant Hebrei. Apud Romanos à media nocte, usq; ad medium noctem,

DISCIPULUS, Dies quomodo diffinitur? MAGISTER, Isidorus diffinitur, dicens: Dies legitimus est vigintiquatuor horarum, usque dies & noctis spatia sui curius ab Oriente in Occidentem, Solis sui volubilitate concludat: DISCIPULUS, Quibus modis dies dicitur? MAGISTER, Duobus. DISCIPULUS, Qui sunt? MAGISTER, Dies naturalis & dies artificialis. DISCIPULUS, Dies naturalis quid est? MAGISTER, Dies legitimus, ab ortu Solis, donec rursus orietur, & ille dies habet vigintiquatuor horas in se. DISCIPULUS, Quot sunt divisiones diei naturalis? MAGISTER, Due, id est, dies & noctis. Inde Isidorus dicit: Spatia diei naturalis duo sunt: interdiarium scilicet, & nocturnum. Quando dicit Interdiarium spacium, diem significat: nocturnum spacium, noctis. DISCIPULUS, Quis ergo demonstrat, quod dies & noctis simul dicitur? MAGISTER, In Scriptura divisa ostenditur, ubi legitur, Et factum est etsper (hoc est noctis) & mane, dies unius. Tunc ostendit quod noctis & dies, simul dies nunciantur. DISCIPULUS, Quis est ergo illæ dies artificialis? MAGISTER, Ab ortu Solis usque ad Occulum, dies artificialis dicitur, id est, praesentia Solis super terram. Unde Isidorus dicit: Dies, praesentia Solis est, hinc iol super terram: sicut noctis dicitur absentia Solis, id est, Sol sub terris. Diffinitus diei bisarri dividitur, hoc est vulgariter, id est, abusivè, & naturaliter, id est, propriè. DISCIPULUS, Quomodo ergo dies naturalis & dies artificialis simul diffinitur? MAGISTER, Isidorus diffinitur, dicens: Dies geminè appellari solet; propriè, ab ortu Solis, donec rursus orietur: abusivè, dies ab ortu Solis, quoque ad occasum perveniat. DISCIPULUS, Quo sunt spatia artificialis diei? MAGISTER, Tria. DISCIPULUS, Quæ MAGISTER, Mane, meridies, & suprema. DISCIPULUS, Manè quid est, & quomodo diffinitur, vel quot horas habet? MAGISTER, Mane dicitur ab ortu Solis, usque ad horam post teriam: meridies, ab hora post teriam: usque ad horam ante nonam: suprema, ab hora ante nonam usque ad occasum Solis. DISCIPULUS, Manè ergo quomodo diffinitur? MAGISTER, Isidorus diffinitur dicens, Mane lux matutina & plena, & dictum manè à mano. Manum enim antiqui, bonum dicebant. Quid enim melius luce? Propterea veteres manum diem appellebant, scilicet à puritate. Sive ergo mane dicitur à manibus, id est, dij infernum. Gentiles enim affirmabant, quando sol recedit, ut dij infernum illum ad se traxissent. DISCIPULUS, Meridies quomodo diffinitur? MAGISTER, Isidorus diffinitur, dicens: Meridies dicitur quasi purus dies. In toto enim de nihil purus meridie. Antiqui enim merum, purum dicebant. DISCIPULUS, Supremum quare dicitur? MAGISTER, Quasi supremo. Tunc enim Sol inclinatur ad occasum. Hac ergo tria spatia, artificialis diei sunt, & à cursu Solis temperantur. Mane dicitur ab ortu Solis usque dum sol ascenderit in altitudinem cœli. Meridies dicitur, quando per medium celum in altitudine Sol currit. Supremum autem dicitur, quando sol de altitudine cœli descendit ad occasum. DISCIPULUS, Quomodo dies habet initium apud Hebreos, & Chaldaeos, & Aegyptios, & Romanos & Persas? MAGISTER, Dies secundum Hebreos & Atheniensis a sexta hora diei incipit; quia Hebrei secundum lunam numerant: & sic computant quasi media die ætas lunæ commutetur, aut accendatur. Secundum Chaldaeos & Persas, ab ortu Solis incipit dies: quia Chaldaei primum Solēm adorabant. Secundum Aegyptios, dies incipit ab occasu Solis, quando Vesper stellam Aegyptiū primum adorabat. Secundum Romanos & Persas, dies naturalis est à media nocte usque ad medianam noctem, propterea illam auctoritatem Hieronymi, quia dixit: Quia in media nocte factus est mundus, & in media nocte iterum destrueretur.

Dies, sine dubio, ab initio Mundi usque ad resurrectionem Christi præcedebat noctem: à resurrectione autem Christi usq; ad judicium, noctis præcedit diem. Inde Isidorus dicit:

dicit: Dies autem in principio operum Domini, à lumine habebat exordium, ad significandum hominis lapsum: nunc autem à tenebris ad lucem, ut non dies obfuretur in noctem, sed nox lucecat in diem, sicut scriptum est: De tenebris lumen clarescere fecit.

Dies ergo, scientiam divinæ Legis significat: nox vero ignorantiam & cæcitatem mortuorum: secundum Prophetam dicitur, Nocti assimilavi matrem tuam, factus est populus meus tanquam non habens scientiam, quasi dixit: non habens lucem. Nonnunquam dies prosperitatem significat.

Vbi dies incipiat seu finiatur, & ubi primus dies facilius erit.

**U**bi dies naturalis rite initium finemque sortitur? MAGISTER. Diversè secundum variarum gentium libitum dies naturalis incipere dicitur. DISCIPULUS. Quomodo? MAGISTER. Nam Hebrei, Chaldæi, & Persæ sequentes juxta præmæ conditionis ordinem, dies eusum à mane inchoantes, ab mane deducunt, umbræ quæ videlicet tempus luci supponentes. At contraria Egypti, ab occasu usque ad occasum. Porro Romani, à medio noctis in medium umbra, & Atheniensis à meridie in meridiem dies suos computare maluerunt. DISCIPULUS. Quo sane in loco primus dies facilius extiterit? MAGISTER. Quintadecima calendarum Aprilium, quo videlicet die lucem formatam primitus credimus, & sic tres illos dies primos absque ullis horarum dimensionibus, utpote nondum factis sideribus curcurrisse: quarto denum die, hoc est duodecimo calendarum Aprilium, Sol, & sydera condita sunt, ut essent in signa, & tempora, & dies & annos.

De Feria.

**F**eria enim, à fando nomen accepit. Et dicitur feria, quæ fari, id est nomen quod est feria. A secunda persona, quæ est fari, vel quia prima persona caret, derivatur. Feria, consuetudine dicitur. Feria enim & scilicet scopæ, quadrigæ, Thebe, plurali numero sunt. Itaque feria (ut supra dicti) dum à fando nomen accepit, potest sabbatum nominari. In sabbato, in Legi veteri, septimanæ opera narrabantur. Vel si feria, à fiendo dicitur, ut alii assertant; fit enim verbum actuum, cujus passiva fieri potest, saltem sic feria nominari. In eo enim die primitus dicitur est: Fia lux. Itaque si prima feria, aut prima sabbati dicatur, idem est. Item quartæ, dum dicitur. Prima feria: quo feriū hic uteretur: id est, prima dies à feria, ut Isidorus dicit? Secundum Sylvestrum Papam, prima feria dicitur quasi prima dies. A fando autem feria nuncupata sunt, quod sit in his nobis tempus ditionis, id est, divino iudicio vel humano officio fari. Omnes autem hebdomadæ dies, feria dicuntur. DISCIPULUS. Quis ergo primùm septimanæ, & dies septimanæ composuit, & nuncupavit? MAGISTER. Deus sine dubio, qui in sex diebus omnes creaturas creavit, & in septimo die requievit. Hinc ipse Dominus in Legi dixit: Sex enim diebus operaberis, & facies omnia opera tua: septimo autem die, sabbatum Domini Dei tui est, non facies in eo omne opus. In sex enim diebus fecit Dominus celum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & requievit die septimo. Dum in unoquoque die dixit Deus, Fiat lux, specialiter verò sabbatum dicitur, eo quod in die (ut diximus) septimanæ opera narrari solebant. Sabbatum verò apud Hebreos dicitur feria, apud Gracos requies, apud Latinos feria, dicta est, id est, dies Dominicus à fiendo, quia in illo die dixit Deus, Fiat lux. Inde Isidorus dicit: Ipse est enim primus dies sanctus. In ipso autem die formata sunt elementa mundi, in ipso creata sunt angeli, in ipso etiam Christus resurrexit à mortuis, & in ipso die manifestata sunt mysteria Christi & Ecclesiæ ad Joannem Evangelistam in Patmos insula, sicut ille dixit, Fui in spiritu, in die Dominicano.

De Nocte.

**N**ox quid est? MAG. Solis absentia, terratum umbra conditi, donec ab occasu redeat ad exortum. DISCIPULUS. Unde dicta est nox? MAG. Quod nocte aspectus, vel negotijs humanis, sive quod in ea fures vel latrones nocendi alijs occasionem nanciscantur. DISCIPULUS. Ob quam causam facta est nox? MAG. Pro temperantia humani laboris, ut corpora requiem haberent, & ut animalibus quibusdam Solem non ferentibus, viatum quæfirandi daretur occasio.

De augmentatione & minoratione dierum & noctium per dies singulos.

**S**ciendum est, quod unusquisque dies & unaquæque nox in crescendo, duo momenta & duas partes tertij momenti augentur. Similiter & in decrescendo minuantur, ita ut in tribus diebus octo momenta crescant, vel de crescenti sex, sedem momenta: in novem, vigintiquatuor: in duodecim, triginta duo: in quindecim, quadragesima, id est, horam integrum: quadraginta enim momenta horam faciunt.

Quare si nos desideras augmentum solare quomodo crescent dies & lux, & quomodo diminuitur nox & tenebra, & quantum in unoquoque mente crescit, ita diligenter studioque investigandum est. Scies enim, quod in unoquoque die Sole ascendente per singulos dies duo momenta & dimidium & sexta pars momenti, minuitur de tenebris, & augetur in lumine. Similiter & decrescendo minuantur, & sic per tres dies, octo momenta: per sex, decim: per duodecim, triginta duo. Per quindecim autem dies & quinque horas, Sole ascendente, una hora crescit. Per triginta vero dies & decem horas, duæ horæ accrescent, hoc est octoginta momenta. Et ita in nonaginta diebus & una die & sex horis, id est, à solstitio hiemali usque ad æquinoctium vernalē, ducenta quadraginta momenta, hoc est sex horæ crescent. Simili modo & similiter incremento momentorum per singulos dies duo momenta & duæ partes momenti per alios tres menses ab æquinoctio vernali usque ad solsticium æstivum crescent ducenta quadraginta momenta, id est, alia sex horæ: & ita à solsticio hiemali usque ad solsticium æstivum per sex menses, id est, per dies centum octoginta duos, & horas duodecim, id est, dimidium diem naturalem, crescent quadragesima & octoginta momenta, id est, duodecim horas, quibus ad illas sex horas, quæ fuerunt in die solstitiali hiemali, additæ, sunt simul decem & octo horæ, in die solstitiali æstivo, & sex horæ in nocte.

De Hebdomada.

**H**ebdomada, est septem dierum cursus, & à seprario nomine nomen accepit: nam hebdomada Græcæ, septimanæ dicitur Latine, eo quod septem manes, id est, septem dies in se complestatur.

De Mensibus.

**L**egimus etiam ante diluvium menses fuisse nominatos, ut Isidorus dicit. In sancta scriptura ostenditur, quod duodecim mensibus annus fuisse nominatus ante diluvium. Sic enim in Genesi legitum: Aqua autem minuebatur usque ad duodecimum mensem, primo enim die mensis apparuerunt cacumina montium. Et illos menses secundum lunam computabant Hebreos, & sic semper faciunt.

DISCIPULUS. Qui primi menses solates invenerunt? MAGISTER. Ut Isidorus dicit: Egypti propter Lunæ velocitatem cursum, & ne error ex computationis velocitate accidisset, Solis cursu menses adinvenerunt, quia tardior Solis motus facilius poterat comprehendendi. DISCIPULUS. Quis primus inventus mensem apud Hebreos &

**Grecos & Latinos?** MAGISTER, Moyses apud Hebraeos, Arcades apud Grecos, Ronitulus apud Romanos. Discipulus, In quo numero inventi sunt menses apud Hebraeos & Grecos & Latinos? MAGIST. In duodenario. Menses autem antiqui dissimilarentur, quamdiu luna zodiacum circulum perducit. Antiqua autem gentilitas, mensibus nominis quædam ex diis suis, quædam ex causis impositis.

Mensis dicitur à luna, quæ Græco sermone mene dicitur: nam & apud eos, mens vocantur menses: sicut & apud Hebraeos (Hieronymo teste) luna, quoniam Iare nominant, mensibus nomen dedit. Mens & ad Solem & ad Lunam pertinet, sed magis ad lunam, ideoque restius dissimilandum, quod mens fit luminis lunaris circuitus, ac redintegratio de nova ad novam. Solaris autem mensis digressio solis est, per duodecimam partem zodiaci, id est, signiferae circuli, quæ trigesinta diebus & decem mensis horis impletur, viginti duabus videlicet horis ac dimidia, lunari mense propositior. Luna verò tribus nominibus nuncupatur apud Hebraeos, iate, lavana, mavors: iare vocatur à numero dierum mensis, lavana à candiditate, mavors à defectu, quia deficit singulis quisque mensibus.

De mense Januario.

**I**N Hebreo Thabeth, apud Ægyptios Tibi, vel Tidchi: apud Macedones Ethnios vel Ethnios: apud Grecos, Januarios: apud Latinos, Januarium. Januarium primum Numa Pompilius nuncupavit, & primum mensum anni esse constituit, atque illum diis superis dedicavit. Januarium autem duobus modis nomen accepit, h.e. ex idolo, & re. Ex idolo, hoc est, ex Iano bisfronde rege Epirotarum, qui fugatus & projectus ex sua patria venit ad Romanos, apud eos exul effectus. Contigit autem ut gens multa Barbarorum Romanam obsecraret. Erat autem Ianus ille homo ingeniosus, qui dedit consilium Romanis, quomodo potuerint urbem liberare ab illa obficiione: ita ramen, si Romani post mortem suam illum adorarent quasi deum. Hac autem illis promittentibus, ille petebat ostio linteanima, oleo, & cera, & aqua incincta & uncta. Quod quum factum esset, dixit ut involvissent se de illis linteanimis, & igni incendissent, & duos gladios calcasfactos & ardentes sibi dari postulavit, & postea ascensit super murum, & dixit ad Romanos, ut quum ille levasset te super murum, & clamaret quasi deus, illi totis portis aperitis ruissent super hostes, & habentem victoriam. Et ita factum est. Romani perierunt victoriam, occisis inimicis & fugatis, Ianus verò igne confusimus est. Quem postmortem suam Romani quasi deum adoraverunt, & fecerunt ei exemplum magnum in Roma, quodex nomine Iani, ianiculum vocaverunt, centum portas habens, & in illo templo Iani formam aream fecerunt, duas facies habentem: inde dictus est Ianus bisfrons, & ex una parte & ex una facie viri adorabant eum: ex altera vero facie, feminam adorabant. indeque mensum Ianum vocaverunt bicipitis dei, respicientem transacti anni finem, ac proposcientem furiani principium: item Ianus ex re dicitur, eo quod sit janua anni, hoc est principium, quia sicut homo ingreditur per ostium, ita anni ingrediuntur per istum Januarium.

De mense Februario.

**I**N Hebreo Sabath, apud Ægyptios Mechir vel Methi, apud Macedones Peritios, in Græco Februarios, in Latino Febrarius. Dixi, Febrarius, quibus modis nomen accepit? MA. Duobus, hoc est sub idolo & re. Sub idolo, hoc est à Februo deo. Inde Macrobius dicit: Numa Pompilius secundum: mensem Febrarium nominavit, & dedicavit Februo deo, qui alio nomine Pluton dicitur, qui lustrationum potens esse apud gentiles credebat. Frustrari in eo mense civitatem Romanam necesse erat, quod statuta iusta, h.e. sacrificia diis manibus solverentur. Sive febrarius dictus est à re, h.e. à febribus acris lupercorum, Luperci enim & Lurones, duæ gentes sunt in Oriente,

post inundicias totius anni lavabant corpora sua in quodam lacu, qui inter illos est, & febricitabant, & sic tradidit gentilitas tunc mutabant figuram. Et quia in Februario mensis hoc faciebant, & lavabant se, & deinde febricitabant, Febrarius, à lavatione, vel à lavacro dictus est. Hinc est: Februm quoddam habebant Gentiles, hoc est laevrum, & sic accepit nomen hie mensis a re. Febrarius, à febre, hoc est à frigore, propter frigidum tempus ipsum mensis.

De mense Martio.

**A**dar in Hebreo, Faminoth apud Ægyptios, Distros apud Macedones, Martios in Græco, Martins in Latino. Martius duobus modis nomen accepit, sub idolo & sub re. Sub idolo, hoc est à Marte, patre Romuli nominatus est. Inde Macrobius dixit: Romulus, primū anni mensem, Martium constituit, & nominavit, & genitor suo Marti dedicavit. Quem mensam, anni primum fuisse apud antiquos Romanos, vel ex hoc maxime probatur, quia ex ipso Quinoris & Sexillis, & catenimentis sequentes, per ordinem numerantur: & in illo mense, Romani vespigalia collocabant. Item Sidonis dicit: Martius appellatus est, propter Martem, Romanorum gentis auctorem. Item Marsius, à re nomen accepit, hoc est, a mariibus: nam & eum tempore cuncta animantia terra mares desiderant, ad concubendi voluptatem. Et mensis novorum frugum appellatur.

De mense Aprili.

**N**ian in Hebreo, Farmathi apud Ægyptios, apud Macedones Xanthos: Aprilis in Græco, Aprilis in Latino. Dixi. Aprilis quibus modis dicitur? MAG. Duobus, hoc est sub idolo, & sub re. Sub idolo, à Venere matre Æneæ. Aphron enim Græcæ, summa interpretatur, unde Venus orta creditur: quæ Aphrodis, vel Aphronis, apud Grecos nominatur. Sive Aprilis, a re nominatur, hoc est ab aperiendo, Aprilis, quasi aperilis denominatur. Ante Aprilē enim mensem, triste & obscurum fit celum, & nubibus obductum & obtectum, & aer tenebrosus, & marina navigijs obeluditur. Terra eniam ipsa, aut aqua, aut pruina, aut nivibus, aut nubibus teguntur: eaque omnia verno tempore, hoc est mense Aprili, aperitum. Celum enim serenum fugatis nubibus, nubibus humanis aperitur, & mare navigijs, & terra atque arbores aperit se in germe atque in flores. Pro his omnibus causis, mensē Aprilē dici merito credendum est, quasi aperilem. Hoc enim tempore cuncta florescent.

De mense Majo.

**I**arus in Hebreo, Pacho, vel Paon apud Ægyptios. Artemis apud Macedones, Majos in Græco, Majus in Latino. Dixi. Quibus modis dicitur Majus? MAG. Duobus, hoc est sub idolo, & sub re. Sub idolo Majus dictus est, à Majo deo apud paganos, qui dictus est Jovis. Inde Macrobius dicit: Apud Tusculanos deus Majus vocabatur, qui est Iupiter, à magnitudine scilicet & majestate dictus. Zingius autem Majum mensem nominatum putat à Maja, quam Vulcani uxorem dicit, hoc est, matrem Mercurii. Inde in calendis Maij, huic deæ Maja sacrificabant, & in hoc mense Majo mercatores omnes Majæ pariter & Mercurio sacrificabant. Mercurius enim deus est negotiatorum: unde etiam dicitur Mercurius, quasi mercurium curius, id est, procurator messem. Sicut Majus, arcē dicitur, hoc est à majoribus Romanorum. Hinc Macrobius dicit: Romulus Majum mensem tertium esse posuit. Post quem enim populum Romanum divisit in duas partes, hoc est in maiores minoresque constituit, ut altera pars confisi, hoc est maiores: altera vero, hoc est juniores, rem publicam tueretur. Deinde, in honore utriusque partis hunc Majum mensem, sequentemque Junium, vocavit.

De

## De mense Junio.

**S**ivari vel Sibani in Hebreo. Pauni apud Aegyptios, Deseos apud Macedones, Junios in Graeco, Junius in Latino. Disc. Quibus modis dicitur Junius? MAG. Duo- bus, hoc est sub idolo, & sub re. Sub idolo, hoc est à Junone filia Saturni, quia apud Gentiles quasi dea adorabatur, & à suo nomine Junium mensē vocaverunt. Inde Macrobius dicit: Junius apud Latinos, ante Junonius, ab Junone vocatus est. Postea detritis quibusdam literis, hoc est in & ex Junonio. Junius dictus est, nam & templum Junoni in calendis Junij dicatum est. Alij putaverunt Junium mensē, ab Junio Bruto nominatum, qui primus in urbe Roma consul factus est. Sive Junius à re dicitur, hoc est à junioribus Romanorum, qui armis defendebant rem publicam. Inde Macrobius dicit: Junius Majum sequitur, ex parte populi nominatus.

## De mense Iulio.

**T**Amul, sive Tani, in Hebreo. Epiphi apud Aegyptios. Panemos apud Macedones, Iulius in Graeco. Julius in Latino. Disc. Iulius unde nomen accepit? MAG. A quadam imperatore, hoc est à Julio Cæsare, quia in quanto idus Julii mensis creatus est. Caius Julius Cæsar, qui primus arripuit imperium apud Romanos. Deinde proper suum hono rem de suo nomine Julius mensis dictus est. Nam antea Quintilis vocabatur.

## De mense Augusto.

**T**Amni in Hebreo: Mesor, vel Mesori apud Aegyptios: Loos vel Lor, apud Macedones: Augustos in Graeco, Augustus in Latino. Disc. Augustus unde nomen accepit? MAG. Ab Octaviano Cæsare Augusto imperatore, qui in calendis mensis Augusti vicit Antonium, de regno contendentem, & Cleopatram reginam Aegypti, uxorem Antonij, & auxilia & exercitum Antonio afferente. Hos duos vici Cæsar Augustus, in una die calendarum Augusti, & postea Cæsar principatum habuit totius mundi. Sic Augustus, à nomine Augusti dictus est, qui eo mense primum consulatum incepit, & tres triumviri Urbi intulit. Deinde Augustus, à populo Romano appellatus est, & in suum honorem mensis Augustus vocatus est, ut sua memoria esset in tempore. Nam ille mensis antea apud Romanos Sextilis dictus est, eo quod sextus mensis sit à Martio. Deinde dicit Macrobius, Augustus antea Sextilis vocabatur, donec honori Augusti ex senatus consulto Augustus dictus est.

## De mense Septembri.

**L**ul in Hebreo, Tooth apud Aegyptios, Gorpeos apud Macedones, Septembrios in Graeco, September in Latino. September à numero nomen accepit, eo quod septimus imber sit à Martio, quia Martius quondam primus mensis fuit apud Romanos, terpore scilicet Romuli: & ab illo alijs menses nominantur, ex nonimis nusseri: quemadmodum & Quintilis, eo quod quintus sit à Martio. Sic Sextilis & September à Martio numerantur.

## De mense Octobri.

**T**Heferi in Hebreo, Paopi apud Aegyptios, Hyperboreos apud Macedones, Octimorios in Graeco, October in Latino. October dicitur, eo quod octavus sit imber à Martio. Et hic mensis, in principio anni ponitur apud orientales.

## De mense Novembri.

**M**aresuan in Hebreo, Athir apud Aegyptios, Dios apud Macedones, Novimbrios in Graeco, Novem-

ber in Latino. November autem propterea dicitur, eo quod nonus imber sit à Martio.

## De mense Decembri.

**C**Asleu apud Hebreos, Chiachi apud Aegyptios, Apileos apud Macedones, Decembrios in Graeco. December in Latino. December, à numero nomen accepit, eo quod à mense Martio decimus sit imber. Et hic mensis in principio anni ponitur apud Macedones.

DE TRIBVS DIERVM NOMINIBVS  
in annali computo, calenda, idus, nonae.

**R**omulus quom ingenio acri quidem, sed agresti esset, statim proprii ordinaret imperij, initium cuiusque mensis ex illo sumebat die, quo novam lunam contingit videri: quia non continuo evenit, ut eodem semper die appareat, sed modo tardius, modo celerius, certis ex causis videri solet. Contigit ergo ut quū tardius apparuerit, præcedenti mensi plures dies, aut quū celerius pauciores darentur, & singulis quibusq; mensibus per perpetuā numeri legem primus casus addixit, atq; sic factum est, ut alijs tringinta & unus, alijs undetricinta fortinentur dies. Omnibus tamen mensibus à die nonarum, id est nono die, representari placuit, & inter idus ac sequentes calendas constitutum est, sedecim dies esse numerandos. Ideo mensis uberior duos illos dies, quibus augebatur, inter calendas suas & nonas habebat, atq; hinc alijs quintus à calendis dies, alijs septimus nonas facit.

His ergo temporibus Pontifici minori hæc providentia delegabatur, ut novæ Luna primum observaret apertum, visamque Regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, id est pontifex calato, id est vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Galabram, quæ casæ Romuli proxima erat, quot dies a calendis ad nonas superercent pronunciabat, & quintanas quidem, quorum post calendas, quarto nonarum initium est. dicto quinque verbo Calo: septimanæ verò, quarti post calendas, sexto nonarum initium est, repetitio septies eodem verbo prædicabat. Verbum autem calo, Græcum est, id est voco, & hunc diem qui ex his diebus qui calarentur, primus esset, placuit calendas vocari. Hinc & ipsi curiaz, ad quam vocabantur, calabria, vel classis nomen accepit, quod omnis in eam populus votaretur. Ideo autem minor pontifex dies qui ad nonas superercent calando probabat, quod post nonam lunam oportebat nonarum die populares, quin agris etant, confluere in urbem, accepturos causas feriarum à rege sacrorum, scitulōque quid esset eo mense faciendum. Unde quidam hinc nonas astinuant dieas, quasi novæ initium obseruationis, vel quod ab eo die usq; ad idus, octo dies comparentur. Idus autem vocatur dies, qui dividit mensem. Iduare enim Herulca lingua dividere esset. Unde vidua, quasi valde idua, id est valde divisa: aut (ut quidam volunt) vidua, id est à viro divisa. Nonnullis tamen placet, idus dictas vocabulo Græco, nempe à specie, quæ apud illos idea vocatur, quod ea die plenam speciem luna demonstrat.

Iraqus Romulus ita annuum ordinavit dimensionem, ut annus decem mensium, dieum trecentorum quatuor haberetur, mensisque ita dispositi, ut quaruor ex his tricenos & singulos, sex verò tricenos habentur dies. Sed quū is numerus neque Solis, neque Luna rationibus conveniret, nonnunquam usu veniebat, ut figura anni a liuis mensibus, & contraria, calor hiemalibus proveniret. Sed sequitus Numa, quasi hunc omnē ablaturus errorem, in trecentos quinquaginta quatuor dies, quibus duodecim lunæ cursus confici credit, annum extendit. Hisque quinquaginta diebus à fe additis, adjectit alios sex, demptos ex illis sex mensibus, qui triginta habebant dies, id est de singulis singulos, factosque quinquaginta & sex dies in duos novos menses paratione divisit, ac de duobus priorem Janua-

rium nuncupavit. Primumque anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem ac proposcientem transacti anni finem futuriq; principia. Secundum dicit Februio deo, qui lustracionum potens credebatur, à quo & Februario vocavit, statuitque eo mente lustrari civitatem, ut iusta dijs manibus solverentur. Paulò pōst in honorem imparis numeri, unum adjecti diem, quem Januarii dedit, ut tam in anno, quam in singulis mensibus, praeter unum Februario, impar numerus servaretur. Nam quia duodecim mensē si singuli aut pari aut impari numero computarentur, summationem parem facerent, unius pari numero adjectus, universam putationem imparem fecit.

Januarius igitur, Aprilis, Junius, Sextilis, September, November, December, viginti novem censebantur diebus, & quintanas nonas habebant, ac post idus in omnibus ad decimum septimum calendas computabantur.

Martius vero, Maius, Quintilis & October dies triginata unum possidebant. Nonæ in his septimanæ erant, similiterque post idus septemdecim dies in singulis usque ad sequentes calendas computabantur.

Solus Februario viginti octo retinuerunt dies, quasi inferis & diminutio & par numerus conveniret.

Igitur hoc modo ad Numa ordinato anno, quia adhuc ad perfectum anni numerum aliqui deerant dies, maxima post aliquantos annos horum negligentia in suppuratione temporum confusio ostiebatur. Quam licet multis & variis intercalatis diebus aliquatenus emendarentur, nullam tamen certam anni dimensionem ad posteros transmiserunt. Itaque factum est, ut sicut praecedentis Romuli sequens Numa dimensionem anni defruxisse, ita quoque praecedentis Numæ ordinationem sequens Caius Caesar, utpote adhuc inconstanter & vagam reprehenderet, & reprehensam ad ungues enim daret.

Ergo Caius Cæsar imitatus Aegyptios, ad numerum Solis, qui diebus trecentis sexaginta quinque & quadran-

te cursum conficit, annum dirigere contendit. Itaque de-

cem dies observationi veteri superadiebat, ut annum tre-

ceti sexaginta quinque dies, quibus Sol zodiacum lustrat,

efficerentur & ut nec quadrans deelset, statuit quanto quo-

que anno sacerdotes, qui præterant mensibus ac diebus, u-

nus intercalare diem, eo scilicet mente ad loco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur, i.e. ante ultimos

Februario mensis dies, idque bissexum censuit nominandum.

Dies autem decem, quod ab eo additos diximus, hac

ordinatione distribuitur.

In Januarium & Sextilem & Decembrem binos dies inseruit.

In Aprilem autem, Junium, Septembrem, Novem-

brem, singulos.

Februario autem diem non addidit, ne deorum infer-

rum religio immutaretur.

Et Martio, Maio, Quintili, Octobri, pristinum servavit

statum, quod satis pleno erant numero, id est, triginta u-

nus. Ideo & septimanæ habent nonas, sicut Numa con-

suevit.

Januarius autem, Sextilis, December, quibus Cæsar bi-

nos dies addidit, licet tringita & unum habere post Cæsa-

rem ceperint, quintanas habent nonas: & post idus, no-

nemdecim dies ad sequentes calendas computabantur: quia

Cæsar quos addidit dies, neque ante nonas, neque ante id-

us interfere voluit, ne nonarum aut iduum religionem

qua statuto erat die, novella computatione corrumperet:

sed nec post Idus mox voluit interfere, ne feriarum qua-

runque violaretur indicatio, sed peractis cuiusque mensis

ferijs locum diebus advenis fecit, &

Januario quidem quatuor calendas, &

Tres calendas Februario dedit.

Aprilii ex calendas Maij.

Junio tres calendas Julij.

Augusto quatuor calendas, &c.

Tres calendas Septembribus.

Septembri tres calendas Octobris.

Novembri tres calendas Decembribus.

Decembri quatuor calendas, &  
Tres calendas Januarij.

Ita autem factum est, ut quum omnes mensē hi, qui bus dies addidit, ante hanc ordinationem habuissent mensis sequentis calendas ad decimum septimum revertentes: postea ex augmento additiorum dierum, hi qui diuos acceperunt, ad decimum nonum: qui vero unum, ad decimum octavum haberent redditum Calendarum.

#### Romanis menses.

|    |   |            |
|----|---|------------|
| 1  | M | Artius.    |
| 2  | A | Aprilis.   |
| 3  | M | Majus.     |
| 4  | J | Junius.    |
| 5  | Q | Quintilis. |
| 6  | S | Sextilis.  |
| 7  | S | September. |
| 8  | O | October.   |
| 9  | N | November.  |
| 10 | D | December.  |

Hic autem, ut diximus, fuerunt solitammodo menses decem.

#### Numen menses.

|    |   |            |
|----|---|------------|
| 1  | I | Anuarius.  |
| 2  | F | Februario. |
| 3  | M | Martius.   |
| 4  | A | Aprilis.   |
| 5  | M | Majus.     |
| 6  | J | Junius.    |
| 7  | Q | Quintilis. |
| 8  | S | Sextilis.  |
| 9  | S | September. |
| 10 | O | October.   |
| 11 | N | November.  |
| 12 | D | December.  |

Vitiosè autem Quintilis & Sextilis, qui non jam quin-  
tus aut textus, sed septimus & octavus extiterant, nonem  
retinuerunt. Quorum alterum Caius Cæsar suo nomine,  
id est Iulium appellavit: Sextili in vito usque ad Impera-  
torem Augustum perseverante, à quo mensis ille Augu-  
stus est appellatus.

## BEDA DE ARITHMETICIS PROPOSITI- NIBUS.

Divisio numeri ab aliquo in animo concepi.



Uomodo numerus à qualibet animo con-  
ceptus, quis sit, possit agnosciri. Adsumatur  
nummerus quilibet ac triplicetur. Triplicetur,  
dividatur in duas partes, & si ambo æ-  
quales exiterint, quallem volueris absque  
ulla differentia iterum triplicabis. Quod si inæquales fue-  
rint, qua major fuerit triplicetur. Quotiesque in ea postquam  
triplicata fuerit, inveniri possint, considerentur. Quia  
quoties 9. haberunt tories 2. sumendi sunt. Observandum  
est autem ut possint postquam numerus triplicatur, & di-  
visis est, iterumque medietas fuerit triplicata, & de nove-  
nario fuerit interrogati, hoc etiam adjungatur, si aliquid  
supra unum vel duos vel quod fuerint novenarius reman-  
sisset. Quia si aliquid remansisset, septem fuerint: & de his  
unus sumendum est, hisque in summam redactis pronun-  
ciandus numerus, qui primus fuerat mente conceptus:  
verbigratis, si duos fuerint animo concepti, cū triplicabun-  
tur, 6. faciunt, 6. divisi in 3. & 3. resolvuntur, 3. vero triplica-  
ti, 9. tantum efficiunt, nec remanet aliiquid. ergo 2. fuerunt,  
qui primi mente comprehensi sunt. Et ideo in omni hujus  
supputationis ratione, novenarius duos semper significat,  
& senarius unum. Sciendumque quod omnis impar nu-  
merus, qui adsumptus fuerit & ordine quo prædictum est,

triplica-